


Eucharius Hoffmann

**Brevis Synopsis De Modis Seu Tonis Musicis, Ex Ipsi Fundamentis Extracta,
Omnibus Cantoribus & Musicis utilis & necessaria : Una cum speciali singulorum
Modorum tractatione**

Rostochii: Myliandrus, 1605

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757635601>


Druck Freier  Zugang




Hoffmann,
Synopsis
de
Modis.

Rost. 1605.

Id. 43. <R>






BREVIS SYNOPSIS
DE
MODIS SEU
TONIS MUSICIS,
EX IPSIS FUNDAMEN-
TIS EXTRACTA,

Omnibus Cantoribus & Musicis uti-
lis & necessaria.


*Una cum speciali singulorum Modo-
rum tractatione.*

*Ex Libello EVCHARII HOFMANNI
desumpta.*



ROSTOCHII
Ex Officina Typographica Stephani Myliandri

Anno M. DC. V.



COLLATIONEM MODO- PLAGALIVM IN VTRAQVE & bmollari.

2 Modus	10		
		Quin- ta	Quar- ta
4	14 Spurius		in o- mni- bus
6	12	Convenient in Quar- ta	Discrepant in Quin- ta
8	2	Quar- ta	Quin- ta
10	4	Quar- ta	Quin- ta
12	8	Quin- ta	Quar- ta

Propter mutationem & variationem Semitonij.

*Quot modis Cognoscuntur Modi
Musici?*

Sex: 1. Initio. 2. Medio. 3. Fine. 4. Ex Speciebus Diatessaron, Diapente & Diapason. 5. Ex Clavibus clavicularum in singulis Modis. 6. Ex Tropis in cantu Choralis.

*Quomodo cognoscuntur Modi in
Initio?*

Ex hac regula: Omnis cantus: statim ultra finalem notulam ascendens ad quintam Authentica est. Qui vero infra finem ceciderit, Plagalis est. Verum hæc Regula non est Legalis: nam sæpè etiam Plagalis ad Quintam ascendit, præsertim in cantu figurali.

Quomodo in Medio?

Duobus modis: Ambitu seu Cursu: & Repercussione.

Quid est Ambitus Modorum?

Est certa Regula, significans quantum cantus ascendere, quantum descendere supra & infra finalem sedem debeat. Cujuslibet autem Modi proprius ambitus est Octava: cui si quid superadditur vel adimitur, fit ex Musicorum licentia. Exemplum Redundantiæ est Vater unser im Himmelreich 1. Toni. Exemplum Ellipsis Christe der du bist Tag und Licht 2. Modi.

Quæ sunt Regulae de Ambitu?

1. Omnis cantus supra finalem sedem, Diapason absolvens, referendus est ad Authentam. 2. Cantus suam octa-

octavam sic implens, ut Quintam tantum habeat supra, & Quartam infra finem, ascribendus est Plagalibus. 3. Cum cantio non absolvit integram octavam, videndum est, an plurima notarum pars versetur supra finem, tunc Authentis commodè ascribitur: Si verò major pars prope vel infra finem versatur, annumeranda est plagalibus.

Quomodo Modi cognoscuntur ex Repercussionibus?

Repercussio est certum & proprium cujuslibet Modi, quod sæpe repetit, Intervallum. Singulorum autem Modorum Repercussiones Tabula sequens monstrat.

Cantus sæpe re- petens	Re La	est	Primi vel Noni	L	Modi.
	Re Fa		Secundi vel Deci-		
	Mi Fa		Tertij		
	<i>per sextam</i>				
	Mi La		Quarti		
	Fa Fa <i>vel</i>		Quinti		
	Fa Re Fa				
	Fa La		Sexti vel duode-		
	<i>per tertiam</i>		cimi		
	Ut Sol		Septimi vel unde-		
Ut Fa &	Octavi. cimi.				
Re Sol					

Quomodo ex Fine?

Duobus Modis: Primo ex clavibus finalibus: 2. ex vocibus finalibus.

B 2

Quomo-

Quomodo ex clavibus finalibus?

Claves finales indicant Modum Juxta hanc Regulam:

Cantio, in scala dura, fi- nita in	$\left. \begin{array}{c} D \\ E \\ F \\ G \\ A \\ \text{H} \\ C \end{array} \right\}$	in sca- la mol- li	$\left. \begin{array}{c} G \\ A \\ B \\ C \\ D \\ E \\ F \end{array} \right\}$	est	$\left. \begin{array}{c} 1 \\ 3 \\ 5 \\ 7 \\ 9 \\ 11 \end{array} \right\}$	vel	$\left. \begin{array}{c} 2 \\ 4 \\ 6 \\ 8 \\ 10 \\ 12 \end{array} \right\}$	Modi.

Observationes de Fine Cantionum.

I.

Omnes fere Modi finem habere possunt in Quinta supra clavem finalem; modo aliquoties clausulae sint formatae antea in propria finali sede. Exempla sunt: Jerusalem surge CNP. Intuemini Regnart. Christ vnser HErr Jun Jordan sam.

I I.

Prima pars Cantionum in Tenore non raro finem sortitur in clave proxima supra finalem: ut primi Modi in scala dura regularis finis est D, Clavis proxima supra D est E. Sic in scala molli regularis finis Modi Primi est G, Clavis proxima supra G est A, eam prima pars nonnunquam occupat. Ultima vero pars succedens in legitima sede exire debet.

I I I.

De Tono in Responsorijs & Introitibus iudicandum est non est sine versuum, sed ex fine ante versum.

Quomo-

Quomodo ex vocibus finalibus cognoscuntur Modi?

Cantus exiens in	[Re Sol Mi Fa Ut Sol Re La Ut Fa]	est	[I 3 5 7 9 II]	vel	[2 4 6 8 10 12]	Modi
------------------------	--	-----	---------------------------------	-----	----------------------------------	------

Quomodo ex speciebus Diatessaron, Diapente & Diapason cognoscuntur Modi?

Ex hac sequenti tabella.

Omnis cæcus supra finē ab- solvens octa- vam constitua- tā meditatiōe Harmonica ex Quinta	[Re La Mi Mi Fa Fa Ut Sol Re La Ut Sol Mi Fa]	[Re Sol Mi La Ut Fa Re Sol Mi La Ut Fa Fa Mi]	habens in cōsti- tutiōe [du- rali clavē finalē.	[D E F G A C E]	Sive in cōstitu- tione b molla- ri cla- vem fi- nalem	[G A B C D E F]	[1 3 5 7 9 11 13]	Modi
---	---	---	--	-------------------------------------	---	-------------------------------------	---------------------------------------	------

per quintā per quartā

Absolvens vero Octavam divi- sione Arithme- tica, sic ut su- pra finem ha- beat Quin- tam	[La Re Mi Mi Fa Fa Sol Ut La Re Sol Ut Fa Mi]	[Sol Re La Mi Fa Ut Sol Re La Mi Fa Ut Mi Fa]	[2 4 6 8 10 12 14]	Modi	[Claves finales conve- niunt cū Au- then- tis.
---	---	---	--	------	---

per quintā per quartā

B 3

Quomo-

Quomodo ex Clausulis forma- libus ?

Clausula formalis in Musica est vocum diversarum in consonantijs perfectis, conjunctio & concursus; cantiones ut plurimum ornans & quasi colorem vivum eis addens. Habent autem singuli Modi certas claves in quibus clausulæ formari debent; ut patet ex tabula.

<i>Cantus in constitu- tione [du rali, ha- bens clau- sulas in</i>	D, F, A,	<i>in b[mollari]</i>	G, B, D,	<i>si cm-</i>	I	<i>si ul- tima infra finē est</i>	2	<i>Modi.</i>
	E, G, A, C		A, C, D, F,	<i>nes</i>	3		4	
	F, A, C,		B, D, F,	<i>supra</i>	5		6	
	G, C, D,		C, F, G,	<i>finem</i>	7		8	
	A, C, E,		D, F, A,	<i>sunt</i>	9		10	
	C, E, G,		F, A, C,	<i>est</i>	11		12	

Quomodo Modi ex Tropis in Cantu Choralis cognoscendi sint, ex sequentibus patebit.

DE SPECIALI MODORUM TRACTATIONE.

Quot sunt observanda in quolibet Modo ?

Novem: 1. Nomen apud vereres. 2. Ambitus. 3. Percussio. 4. Duplex Constitutio. 5. Claves clausularum. 6. Finis. 7. Natura. 8. Tropus cum intonationibus Psalmodorum. 9. Exempla ex choralis & figurali Musica.

De pri-

De Primo Modo.

1. Nomen. Apud veteres dictus est Dorius à Dorijis, Græca gente: quod ea gens plurimum hoc Tono delectata sit.

2. Ambitus est octava, constans mediatione Harmonica ex Quinta Re La & Quarta Re Sol.

3. Repercussio Primi Modi est Re La.

4. Duplex Constitutio. In scala dura ponitur intra duo D d: In Molli intra duo G g, ad quartam transpositus.

5. Claves: clausularum in scala dura sunt D, F, A. In molli G, B, D.

6. Finem habet in scala dura D, in molli G.

7. Natura. Hic Modus hilarem requirit melodiam, cum gravitate quadam conjunctam. a Luciano dicitur *σεμνός*, h. e. Severus & gravis: ab Apulejo Bellicosus, quia ad carmen heroicum modulandum est aptissimus. Conveniunt huic modo verba Laudis, Epithalamia, Gratiarum actiones & similes materiæ.

8. Tropus est finalis clausula; sicut intonatio est initialis clausula, in Psalmorum decantatione. Ubi notandum, quod Tropus in omnibus Authentis sit corruptus, & non propriè Modum respiciat & referat.

Usuatus Tropus primi Toni est hic



Adam Primus homo) Proprius vero & cum Mo-
do conveniens est hic

Intona-

*Intonatio Psalmorum duplex est:
Majorum & Minorum.*

Majorum (sic vocant cantica ex novo Testamento sumpta) Intonatio hæc est



Et exultavit Spiritus meus in Deo salu-
Benedictus &c.



tari meo.

Minorum (sic vocant Psalmos Davidicos) Into-
natio est hæc.



Dixit Dominus Domino meo se de à



dextris meis.

In peregrinis & mono
syllabicis dictionibus



Credidi propter quod locutus sum.

9. Exempla. In Choralis Musica: Introitus, Susce-
pimus,

pimus, qui canitur die purificationis. Item introitus, Iustus es Domine. Da pacem Domine sustinentibus &c. *Christ lach in Todes. Wir gleuben all. Vater vnser im Himmels reich.* Veni redemptor gentium. In sequentia festi Paschæ Victimæ Paschali laudes, 3. primi & 2. postremi versus. Veni S. Spiritus & emitte cælitus. 6. voc. Iosq. Beati omnes qui timent Orlandi. Confitemini Orlandi. Ite in orbem Clementis.

De Secundo Modo.

1. Nomen. Dicitur Hypodorius, quia sub Dorio est, quasi servus Dorij, seu sub Dorium descendens.

2. Ambitus hujus Modi est octava constituta Arithmeticè ex Quarta Re Sol & Quinta Re Fa.

3. Repercussio est Re Fa per tertiam.

4. Duplex constitutio. Primo in scala dura ponitur inter duo A a. Secundo, in scala molli inter duo D d.

5. Claves clausularum eadem sunt, quæ in primo, nisi quod eam, quam Authentica habet in quinta supra finem, in eadem clave hic (ut omnes plagales) sumit in Quarta infra finem.

6. Finis convenit cum Authentica, in scala dura in D, in Molli in G.

7. Natura hujus Modi est Simplex, humilis & tristis, tetricam habens gravitatem, supplicibus votis, Epitaphiis & deprecationibus maximè accommodata.

8. Tropus hujus Modi est



Nohe secundus.

C

Intona-

Intonatio Psalmorum Majorum.



Et exultavit, &c.



Intonatio Minorum.



Dixit &c.



Credidi &c.

9. Exempla. In Choralis Musica; Tractus, Domine non secundum &c. Responsoria. Si bona suscepimus. Tua est potentia. Christe der du bist Tag etc. In principio, Dixit Ioseph. Veni in hortum. Angelus ad pastores. Alleluja. Confitebor Orlandi.

De Tertio Modo.

1. Nomen. Dicitur Phrygius à Phrygiis apud quos celebris imprimis fuit.
2. Ambitus est octava divisa Harmonicè ex Quinta Mi Mi & Quarta Mi La.
3. Repercussio est Mi Fa, per sextam.
4. In scala dura ponitur inter duo E c, in molli inter duo A a.
5. Cla-

5. Claves claufularum in scala dura sunt E, G, A, C, in molli A C D F.

6. Finis in scala dura in E, In molli in A.

7. Natura hujus Modi est *ὀργιαστικὴ*, austeram & religiosam, & mentes audientium tanquam afflatas & attonitas reddere existimatur. Ideoque verbis impetuosiss, horridis prælijs, irrisionibus, indignationibus & hujusmodi alijs materijs adhibendus erit.

8. Tropus usitatus, qui proprie Octavo convenit Modo, est hic



Abraham tertius

Intonatio Psalmorum Majorum.



Et exul:



Minorum



Dixit &c.



Credidi &c.

C 2

9. Exem-

9. Exempla, In Musica Choralis, Tractus, Aufer à nobis Domine. Antiphona, Quis ex vobis homo. Introitus, Benedicite. Responsorialia, Discubuit Iesus. Ingressus Pilatus. Hymnus, Herodes Hostis. In figurali, Domine ne proicias me, Iosquini. In me transferunt. Deus miseretur nostri Orlandi.

De Quarto Modo.

1. Nomen. Dicitur Hypophrygius quemadmodum Hydorius.

2. Ambitus. Etsi hic Modus Plagalis est, & à suo Authentica, quemadmodum reliqui Plagales, distinguitur: tamen cum ipso non raro ita contendit, ut nulli sint alij Modi, qui propius jungantur, atque Hypophrygius & Phrygius. Licet enim uterque Modus distinctam Diapason Speciem habeat, Hypophrygius secundam, ut à H ad H , Phrygius vero Quintam ab E ad e: tamen Modus Hypophrygius raro in H magnum descendit, frequenterque H paruum superat: Phrygius vero saepe Ditonum inferne assumit: Proinde horum Modorum systemata in cantionibus sic miscentur, ut non nisi ex proprijs cuiusque Intervallicis aut Repercussionibus cognosci possint.

3. Repercussio est Mi La per Quartam.

4. In Scala dura incedit inter duo H H , in molli inter duo E e.

5. Claves clausularum eadem sunt, quae in Tertio: sed illam, quam Tertius in Sexta supra habet, hic frequenter in tertia infra sumit.

6. Finis convenit cum Authentica; In Scala dura in in E, in molli in A.

7. Natura

7. Natura hujus Modi tristem gravitatem & religionem animi submissi & devoti præ se fert, supplicibus votis & lamentationibus maxime apta.

3. Tropus est hic



Quatuor Evangelistæ.

Intonatio Psalorum Majorum.



Et exultavit &c.



Intonat: Minorum.



Dixit &c.



Credidi propter quod locutus sum.

9. Exempla. In Choralis Musica, Responsorium Deus qui sedes. Hymnus Conditor alme syderum. Introitus Resurrexi. Te Deum laudamus. Ach Gott vom Himmel. Erbarm dich meiner. In figurali, Huc me sydereo. 6. Voc. Iosquini. Vita in ligno, Senfelij. Erravi sicut ovis, Crecquillonis. Sibona suscepimus. Verdilot. Psalmus Poenitentialis, 4. utendal. C 3. De

De Quinto Modo.

1. Nomen. Dicitur Lydius à Lydis populis in Asia, apud quos similiter in multo usu fuit.
2. Ambitus est Octava constituta Harmonicè ex Quinta Fa Fa & Quarta Ut Fa.
3. Repercussio est Fa Fa, cui plerumq; interponitur Re.
4. Duplex constitutio: In Scala dura inter duo FF, In molli inter duo BB.
5. Claves clausularum in Scala dura sunt F a & c, in molli b d & f.
6. Finis in scala dura est in F, in molli in b.
7. Hic modus Lydius naturâ est durus, vehemens, minax & querulus. Nostra ætate rarissimè ab artificibus usurpatur: quia plerumq; sumpto fa in b, detorquetur in Ionicum: adeo placuit Ionici mollicies; facilis enim lapsus est ex Lydio in Ionicum, mutata Diapente fa fa in Ut Sol. Conveniunt huic modo verba austera & simul querula, indignationes, imprecationes, objurgationes, adhortationes ad pietatem & virtutes &c.



Quinq; libri Mosi

Intonatio Psalmorum Majorum.



Et exultavit &c.



Dixit

Minorum.



Dixit &c.



Credidi &c.

9. Exempla. Introitus Dominica Septuag. Circum-
dederunt me. Introitus Dominica Lætare. &c. In figurali
rara sunt Exempla apud nostros. Senfelius Psalmum Deus
in adiutorium meum intende; in hoc modo composuit.
Extant aliquot Exempla in Euangelij Hermanni Her-
poldi. Utendal similiter in suis Psalmis Pænitentialibus
Exempla ponit.

De Sexto Modo.

1. Nomen. Dicitur Hypolydius; quemadmodum re-
liqui Plagales, quia sub Lydium descendit.
2. Verus Ambitus est octava divisa Arithmetice ex
Quarta. Ut Fa & Quinta Fa Fa.
3. Repercussio est Fa La per Tertiam.
4. Duplex constitutio: In Scala dura inter duo Cc.
In molli intra duo FF.
5. Claves Clausularum easdem habent cum Authen-
ta: sed, ut plagales omnes, illam, quam Authentica in
Quinta supra habent, hic in Quarta infra sumit.
6. Finis convenit cum Authentica: In scala dura de-
finit in f. In molli in b.
7. Natura. Et hic Modus est tristis & querulus.

8. Tro-

3. Tropus.



Sex hydriæ sunt positæ.

Intonatio Psalmorum Majorum.



Et exultavit, &c.



Intonatio Minorum.



Dixit &c.



Credidi &c.

9. Exempla. Antiphonæ Puer Iesus proficiebat. Pax vobis. Modicum. Pater manifestavi, Introitus, Esto mihi in Deum. In figurali rarissima sunt Exempla composita à nostris Musicis. Orlandus duo Exempla posuit in Canticis suis Lovanij impressis. Hermannus Herpold in suis Evangelijs aliquot Exempla habet: ut & Utendal in psalmis pænitentialibus.

De Septimo Modo.

1. Nomen. Dicitur Miyolydius à Mixolydis, populo in Asia. 2. Am-

2. Ambitus est octava divisa Harmonicè ex Quinta Ut Sol, & Quarta Re Sol.

3 Repercussio est Quinta Ut Sol.

4. Duplex Constitutio: In scala dura ponitur inter duo G g: In molli inter duo C c.

5. Claves clausularum in scala dura sunt G, c, d, in molli c, f, g.

6. Finis in scala dura est in G, in molli in C.

7. Naturâ est severus; excitator tamen & floridior cæteris. Conveniunt ipsi verba præstantia & severa, memorabiles & arduæ res gestæ.

8. Tropus usitatus.

Proprius.



Septem artes liberales.

Intonatio Psalmodum Majorum.



Et exul:



Minorum.



Dixit &c.

D

Credi-



Credidi &c.

9. Exempla in Choralis Musica. Introitus, Puer natus est nobis. Oculi mei. Viri Galilæi. Responsoris, Ubi est Abel. Ductus est Jesus. *Es ist das Heil uns kommen her.* In figurali. Congratulamini 4. voc. Iosquini. Deus miseratur nostri, Waltheri. Scio enim quod redemptor. Ubi est Abel. Confundantur superbi Orlandi. Levavi oculos Cypriani de Rhor.

De Octavo Modo.

1. Nomen. Dicitur Hypomixolydius, quemadmodum reliqui Plagales,
2. Ambitus est Octava divisa Arithmetice, ex Quarta Re Sol & Quinta Ut Sol.
3. Repercussio est ut Fa, cui in fugis respondet Re Sol.
4. Duplex constitutio. In scala dura continetur intra duo D d, in molli intra duo G g.
5. Claves clausularum similiter eadem sunt, quæ Authentæ, servata lege Plagalium, ut suprema sit hic infra clavem finalem.
6. Finis convenit cum Authentæ.
7. Naturâ hic Modus est placabilis & jucundus, & ei ascribuntur verba modestiæ, Laudis, reverentiæ, Epithalamia, Gratiarum actiones.

8. Tropus.



Octo Partes Orationis.

Into-

Intonatio Psalmorum Majorum.



Et exultavit &c.



Minorum.



Dixit &c.



Credidi &c.

9. Exempla. In Choralis, Responsoris Verbum caro. Cæcus sedebat. Antiphona, Veni sancte Spiritus. Hymnus. Veni creator. Gelobee seistis Jesu Christ. In figurali, Benedicta es coelorum Iosquini. Maria Magdalena CNP, Benedicam. Inter natos mulierum Orlandi.

De Nono Modo.

1. Nomen. Nonus Modus (quem peregrinum vocant, quod ejus melodia ad octo Modos, qui ipsis tantum cogniti fuerunt, non conveniat) à veteribus dictus est Æolius ab Æolibus Græca gente.

2. Ambitus est octava divisa Harmonicè, ex Quinta Re La & Quarta Mi La.

3. Repercussio convenit cum primo Modo Re La.

D 2

4. Duplex

4. Duplex constitutio. In scala dura continetur inter duo A a. in scala molli inter duo D d.

5. Claves clausularum in scala dura sunt a, c, e, in molli d, f, a.

6. Finem sumit in sala dura in a, in molli in d.

7. Naturâ hic Modus est simplex, suavis & jucundus, sed tamen cum quadam tristitia: ideoq; ipsi conveniunt. verba jucunda habentia admixtam tristitiam, ut res præclarè gestæ, præstantia dicta, mirandæ liberationes.

8. Tropus.



Novem sunt Musæ.



Et Exultavit &c.



Dixit &c.



Credidi &c.

9. Exempla. Psalmus in Exitu. Meine Seel erhebet den
Heren.

Herren. Responsorium, Te sanctum. Hymnus, Vexilla
regis prodeunt. In figurali Musica Herpold & Utendal
Exempla huic modo convenientia composuerunt.

De Decimo Modo.

1. Nomen. Dicitur Hypoæolius, quia Plagalis est Æolij.
2. Ambitus est Octava divisa Arithmetice ex Quarta
Mi La & Quinta Re La.
3. Repercussio est cum Secundo, Tertia Re Fa.
4. Duplex Constitutio: In scala dura continetur in-
tra duo E e, In molli intra duo A a.
5. Claves clausularum easdem habet, quas Authentica,
servata lege Plagalium.
6. Finis convenit cum Authentica.
7. Naturâ Tristis, gemebundus, flebilis & placabilis
est. Ideo quipsi conveniunt Lamentationes, tristes querelæ,
exhortationes ad agendam pænitentiam, petitiones &c.

8. Tropus. 

Decem præcepta Dei.



Et exultavit, &c.



D 3 Dixit



Dixit &c.



Credidi &c.

9. Exempla; Antiphona Veni Domine. Magnum hæreditatis. Benedicta tu. *Mach ich unglück. Allein zu dir Herr etc.* In figurali Herpold habet Exempla..

De Undecimo Modo.

1. Nomen. Dicitur Jonicus ab Ionibus Græca gente.
2. Ambitus est octava divisa Harmonicè ex Quinta Ut Sol & Quarta Ut Fa.
3. Repercussio Ut Sol, cum Septimo.
4. Duplex Constitutio. In Scala dura ponitur inter duo Cc. In molli inter duo Ff.
5. Claves clausularum in scala dura C, E, G. in molli F, A, C.
6. Finis. In scala dura quiescit in C in molli F.
7. Natura. Hic Modus hilaritati, comitati, & mitioribus affectibus competit, sedans motus fovens concordiam, amovens contentiones. Conveniunt huic Modus verba Concordiæ, laudis, modestiæ, delectationis. &c.

8. Tropus.



Intonationes conveniunt cum Quinto, sed cum Fa in b clave.

9. Ex-

9. Exempla: In Choralibus, Benedicamus summum. Responsor. Illuminare. Ecce Dominus. Joseph lieber Joseph mein. Ein feste Burg ist unser Gott. Gott der Vater wohn uns bey. In figurali. Stabat mater, Iosquini. Super ripam Jordanis. Mane nobiscū. Venit vox de coelo. O magnum mysterium. C NP. Nisi Dominus. Congratulamini Orlandi.

De Duodecimo Modo.

1. Nomen. Dicitur Hypojonicus quemadmodam reliqui Plagales.

2. Ambitus est octava: divisa Arithmetice ex Quarta Ut Fa & Quinta Ut Sol.

3. Repercussio Fa La cum Sexto.

4. Duplex positio. In scala dura comprehenditur inter duo G g, in molli inter duo C c.

5. Claves clausularum sunt in scala dura g, c, c, in molli c, f, a,

6. Finis convenit cum Authentica in scala dura in C, in molli in F.

7. Naturâ tristis est lachrymosus & humilis. Conveniunt ei querelæ, Epitaphia, preces, lamentationes & similes materiae. &c.

8. Tropus & Intonationes conveniunt cum sexto Modo, sed cum Fa in b.

9. Exempla: Responsorialia, Vidi Dominum. Videns Iacob. Antiphona, O admirabile. Nun bitten wir den etc. Es spricht der unweisen. In figurali, In me transierunt Mailart. Concussum est mare. C NP. Surrexit Pastor, Tempus est, Orlandi.

*Hactenus expositi sunt Modi Legitimi, sequuntur
Modi Spurijs seu Notbi.*

Quid

Quid sunt Modi Nothi?

Sunt, Qui in Diapente & Diatessaron aptè dividi non possunt : sed in Tritonum & Semidiapente.

Quot sunt Nothi?

Duo : Hyperæolius & Hyperphrygius.

Quid est Hyperæolius?

Est Nothus Authentæ, inter \sharp & \sharp decurrens, inferior Semidiapente, superior Tritonum habens. Sic dicitur, quod proximè supra Æolium sedem habeat : Est enim secunda Diapason Species.

Quid est Hyperphrygius?

Est Nothus Plagalæ, inter FF decurrens : inferior Tritonum, superior Semidiapente habens, clavem finalem habet \sharp , ut & Hyperæolius. Dicitur Hyperphrygius, quod proximè supra Phrygium sedem habeat : Est enim sexta Diapason Species Ff.

Atq; hæc de Simplicibus Modis:sequitur Connexus.

Quid est Connexus?

Connexus est quando Plagalæ cum suo Authentæ connectitur : h. e. cum cantus infra finem, Quartam, & supra finem, octavam absolvit.

Exemplum est in Dominicæ Passionis Harmonia, in qua media Diapente est narrantis Evangelistæ : Diatessaron superior Judæorum & aliorum : inferior Christi. Ubi Quintus & Sextus Modus, seu Lydius cum Hypolydio connexi sunt. In figurali, In convertendo 8. voc. Orlandi. Dorius & Hypodorius.

FINIS.



DE
MODIS SEU TO-
NIS MUSICIS.

Quid sunt Modi Musici?



Odi Musici sunt certa Harmoniarum genera, quæ ex septem speciebus Diapason, pro varia Quintæ & Quartæ dispositione oriuntur; Conducentia ad exprimendos & movendos varios affectus.

Quot sunt modi?

IN Univerfum sunt Quatuordecim: quorum omnium finis est infima clavis Diapente sive Quintæ.

Unde oriuntur?

Ex septem Diapason speciebus. Nam cum quælibet Diapason species bis dividi possit, Harmonicè & Arithmeticè; Quatuordecim inde Modos exurgere manifestum est.

A 2

Quo-

*Quomodo dividuntur
Modi ?*

Modi alij sunt Simples , alij Connexi.

Quid est Modus simplex ?

Est, cum Authentica aut Plagalis Modus per se est solus.

*Quotuplex est Modus
simplex ?*

Duplex : Legitimus & Nothus.

Quid est Legitimus ?

Qui in Diapente & Diatessaron aptè & concinnè dividitur.

Quot sunt Modi Legitimi ?

Duodecim : Primus Dorius : 2. Hypodorius : 3. Phrygius : 4. Hypophrygius : 5. Lydius : 6. Hypolydius : 7. Mixolydius : 8. Hypomixolydius : 9. Æolius : 10. Hypoæolius : 11. Ionicus : 12. Hypoionicus.

*Quotuplex est Modus Legi-
timus ?*

Duplex : Authentica & Plagalis.

Quid est Authentica ?

Qui sedem finalem prorsus in imo, *hoc est*, in infima clauæ Quintæ habet : & oritur ex divisione octavæ Harmonica ; majoremq; potestatem habet ascendendi , implendo integram octavam supra clavem finalem.

Quid

*Quid est Harmonica Octava
divisio?*

Est cum in Octava, Quinta infra & Quarta supra
constituitur.

Quare dicitur Harmonica?

Quia Quarta, quæ alioqui est dissonantia, in com-
positione cantus, si habet Quintam subjectam, inter
consonantias numeratur.

Quot sunt Modi Authentici?

Sex: & quidem de numero impari: ut, Primus Dori-
us, Tertius Phrygius, Quintus Lydius, Septimus Mixo-
lydius, Nonus Æolius, Undecimus Ionicus.

Quid est Plagalis?

Est qui sedem finalem in imo Quintæ supra Quar-
tam habet: & oritur ex mediatione Octavæ Arithmeti-
ca: majoremq; potestatem habet descendendi infra cla-
vem finalem, in suo ambitu Quintam supra, Quartam
vero infra finem constituens.

*Quid est Arithmetica Octava
divisio?*

Est cum in Octava, Quinta supra, & Quarta infra
collocatur.

Quare dicitur Arithmetica?

Quia, sicut apud Arithmeticos major numerus loco
A 3 supe-

superiori, & minor loco inferiori ponitur: ita in hac dispositione Quinta supremum, Quarta infimum locum occupat.

Quot sunt Plagales Modi?

Sex: & sunt de numero Pari: Secundus Hypodorius; Quartus Hypophrygius: Sextus Hypolydius: Octavus Hypomixolydius: Decimus Hypoæolius: Duodecimus Hypoionicus.

Quotuplicem constitutionem habent Modi?

Duplicem: \sharp duralem & Bmollarem.

Quid est constitutio \sharp duralis?

\sharp duralis (quæ alio nomine dicitur Regularis vel non Transposita) est quæ collocatur in scala dura.

Quid est Bmollaris constitutio?

Bmollaris (quæ alio nomine dicitur Irregularis vel Transposita) est quæ ex scala dura transposita & remota est ad Quartam supra, in scalam mollem.

Quid maximè discernit Modos?

Nihil aliud nisi varius & diversus Semitonij positus in Quintis & Quartis, ex quibus Octavæ Modorum sunt compositæ. Hinc pleriq; Modi uno duntaxat Semitonij loco ab altero quopiam differunt: atq; ita præcipuè Quintarum & Quartarum species observandæ sunt. Harum enim constitutiones & positiones solæ, propter Semi-

Semitonij mutationem , diversitatem in Modis efficiunt.
Exemplo sint Primus in scala molli , & Septimus in scala
dura : Item Secundus in scala molli , & Octavus in scala
dura : qui in iisdem Octavis compræhenduntur. Verum
Septimi & Octavi Quinta Vt Sol , Semitonium habet
loco tertio. Primi & Secundi Quinta Re La , Semito-
nium habet secundo loco. Ut autem hoc discrimen me-
lius intelligatur , tabula sequens ,


in qua omnes Modi tam Authentæ quam Plagales in u-
traque constitutione conferuntur , inspicienda est. Ubi
notandum, Singulos Modos non peculiare habere Quin-
tas & Quartas , sed quasdam esse communes. Quinta
enim ut Sol , communis est quatuor Modis, Septimo ,
Octavo , Undecimo & Duodecimo. Re La quatuor ,
Primo , Secundo , Nono & Decimo. Mi Mi duobus ,
Tertio & Quarto. Fa Fa duobus , Quinto & Sexto.
Quartæ vero singulæ quaternis coaptantur Modis. Vt
Fa , Quinto , Sexto , Undecimo , Duodecimo. Re Sol ,
Primo , Secundo , Septimo , Octavo. Mi La , Tertio ,
Quarto , Nono , Decimo.



TABV.

TABELLA OSTENDENS RVM AVTHENTARVM AC constitutione $\frac{1}{2}$ durali

	1 Modus	9 Modus	
	3 Modus	13 Modus spurius	
Modi Authentæ.	5 Modus	11 Modus	
	7 Modus	1 Modus	
	9 Modus	3 Modus	
	11 Modus	7 Modus	
			Modi Plagales.





DE
MODIS SEU T
NIS MUSICIS.

Quid sunt Modi Musici?



Odi Musici sunt certa Harmon
nera, quæ ex septem speciebus
pro varia Quintæ & Quartæ di
oriuntur; Conducentia ad exp
& movendos varios affectus.

Quot sunt modi?

IN Univerfum sunt Quatuordecim: quor
um finis est infima clavis Diapente sive Quintæ

Unde oriuntur?

Ex septem Diapason speciebus. Nam cum
Diapason species bis dividi possit, Harmonicè
meticè; Quatuordecim inde Modos exurge
stum est.

A 2

